

MISCELLANEA

DEUX BULLES PONTIFICALES INEDITES DU XII^e SIECLE RELATIVES A L'ORDRE DE PREMONTRE -:- -:- -:-

Le manuscrit 17.174 de la bibliothèque de Munich, où se trouve transcrit le texte des statuts primitifs de Prémontré, publié, voici quelques années par le Chan. Raph. Van Waefelghem ¹⁾, contient également la copie de deux bulles pontificales adressées à l'Ordre et demeurées, je pense, inédites jusqu'à ce jour.

J'ai cru rendre service aux chercheurs en imprimant intégralement ci-dessus ces deux documents.

Le premier ne porte pas de date. Sa teneur semble fragmentaire dans ce sens que les formules finales, à tout le moins, ont été omises. Il émane d'un pape du nom d'Honorius. Etant donné le contenu du dispositif, sur lequel je reviendrai plus loin, il s'agit certainement d'Honorius II. Faute d'information complémentaire, la bulle doit être placée provisoirement entre les années 1124-1130.

Le texte copié dans le codex de Munich est très court. Sauf la dernière phrase il se meut dans des formules générales. Cette dernière phrase cependant est extrêmement significative. Elle est conçue comme suit :

Ceterum, de psalmodia et de aliis officiis ecclesiasticis vobis mandamus ut ea, secundum aliorum regularium fratrum consuetudinem, celebretis.

Il ressort de cette injonction qu'au moment où la bulle fut délivrée, aucune codification d'ordre liturgique n'avait encore été opérée chez nous. Le document remonte donc jusqu'aux premières origines de l'Ordre. Son auteur, le pape Honorius est bien le second de ce nom, comme je le disais à l'instant.

1) *Les premiers statuts de l'ordre de Prémontré*, dans les *Analectes de l'ordre de Prémontré*, 1913, t. IX, pagination spéciale.

Je m'en voudrais de ne pas souligner, dès à présent, l'intérêt majeur de l'incise imprimée ci-dessus quant à l'histoire de notre liturgie. Elle éclaire l'un des aspects du problème complexe de sa genèse et explique les emprunts nombreux faits par elle aux coutumiers monastiques du Moyen Age. Sans doute, l'emploi dans nos abbayes, durant tout le XII^e siècle, de livres étrangers, corrigés souvent très tardivement d'après le cérémonial type de l'Ordre, trouve également ici une explication plausible. Mais retenons que ce n'est là qu'une hypothèse ; elle ne saurait justifier l'usage fait hélas ! trop à la légère de ces codices pour la restauration structurale de nos thèmes grégoriens primitifs.

La seconde bulle, parfaitement datée, émane d'Innocent II le 3 mai 1135.

À côté de l'approbation pontificale pour l'Ordre, ses biens, l'inviolabilité des monastères, l'observance des religieux, il y est question des mesures à prendre en vue de la sauvegarde de la discipline régulière. En particulier, le pape y détermine le processus à suivre pour écarter les abbés prévaricateurs, en l'occurrence aussi celui de Prémontré s'il négligeait les devoirs de sa charge. La dénonciation du chef suprême revient de plein droit aux abbés des monastères de Laon, de Floreffe et de Cuissy, le jugement final à l'ordinaire du diocèse. Le témoignage rencontré ici est assurément l'un des plus anciens de l'autorité reconnue aux chefs des trois premières fondations de l'Ordre, chefs auxquels on décernera plus tard, à l'instar de ce qui se pratiquait à Cîteaux, le titre d'abbés-pères de la congrégation ²⁾.

À l'encontre de la bulle d'Honorius, celle d'Innocent II est copiée intégralement dans le manuscrit de Munich. Le scribe y a ajouté les souscriptions des cardinaux.

Les deux transcriptions trahissent une main nettement caractérisée de la première moitié du XII^e siècle.

Souhaitons qu'en attirant l'attention sur ces documents inconnus, la présente publication puisse amener la découverte d'un texte plus complet de la bulle si significative du pape Honorius II.

Plac. LEFEVRE, O. Praem.

2) Sur cette question voir. H. Lamy, *L'abbaye de Tongerlo depuis sa fondation jusqu'en 1263*, p. 106, note 2, Louvain, 1914.

[1124-1130] — *Bulle du pape Honorius II.*

Honorius ^{a)} episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Premonstrate ecclesie canonicis, salutem et apostolicam benedictionem. Beati qui habitant in domo Domini, et mandata ejus bonis operibus exeuntur. Vos igitur canonicam vitam professi, qui secundum beati Augustini regulam vivere decrevistis, constitutionem ipsius caritate, patientia, morum honestate, firmiter teneatis, quatinus conspectui superni judicis placeatis et seculariter viventibus exemplum bonorum operum prebeatis. Ceterum de psalmodia et de aliis officiis ecclesiasticis vobis mandamus ut ea, secundum aliorum regularium fratrum consuetudinem, celebretis...

Bibliothèque de Munich, cod. 17.174, fol. 41.

1135, mai 3. — *Bulle du pape Innocent II.*

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Hugoni, abbati Premonstrate ecclesie, et ejus societatis abbatibus ac fratribus, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Proprium est ecclesiasticę discipline ab illicitis prohibere, et excessuum culpas salubriter resecare. Que si torpente magistro negligitur, cuncta in confusionem deveniunt. Nam si alter destruit, alter edificat, sive aliquis propriam voluntatem sequens minuit, alius addit, non solum regularis ordo dissolvitur, sed etiam ex hoc perditionis materia ministratur. Cure igitur vobis sit, in Christo dilecti filii, ut personas diligatis et vicia persequamini; boni dulces, mali vos sentiant correctores. Culpe enim est in culpa omnino debitam relaxare vindictam, et sic alterum condiatur ex altero, ut et boni habeant amando quod caveant et mali metuendo quod diligant. Ceterum tunc religio Deo placens diligitur et vigor ecclesiastici ordinis indissolubiliter conservatur, si ad ejus custodiam certus modus et propria censura ponatur. Quia igitur, per operationem Sancti Spiritus, in ecclesia Premonstratensi fervor canonici ordinis, secundum beati Augustini regulam, acceptabiliter custoditur, placuit nobis ad exempla predecessoris nostri, felicitis memorie pape Honorii, propositum vestrum sedis apostolicę auctoritate firmare et, ut in eo firmiter persistatis, commonere. Statuimus itaque ut in ecclesiis vestris, in quibus fratres canonicam vitam professi degunt, nulli omnino liceat secundum beati Augustini regulam ibidem constitutum ordinem commutare. Nullus

a) En marge droite : *Epistola Honorii*.

episcoporum, etiam futuris temporibus, audeat ejusdem religionis fratres de ecclesiis vestris expellere, nec professionis canonicę quispiam ex eisdem ecclesiis aut claustris audeat sine communi congregationis permissione discedere. Discedentem vero nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum sine communi litterarum cautione suscipere. Si quis autem abbatum vestre societatis ordinis sui prevaricator extiterit, abbas ille de cujus monasterio assumptus est, duobus vel tribus aliis abbatibus sui ordinis adjunctis, eum de sua correctione admoneat. Quod si admonitus culpam suam emendare neglexerit, per eosdem abbates episcopo in cujus parrochia est, culpa ejus innotescat, adque ab eo iterum cum consilio et attestatione illorum corripiatur, et de emendatione admoneatur. Quod si non obedierit, aut ab episcopo canonicę vocatus venire contempserit, ordine judiciario deponatur, et alius in locum illius, secundum liberam fratrum ecclesię illius electionem, qui eisdem digne preesse valeat, subrogetur. Depositus vero ad ecclesiam unde assumptus est, vel ad aliam ejusdem consuetudinis, serviendum Domino revertatur. Si vero contemptor extiterit, anathematis vinculo innodetur. Pari quoque ratione, abbatem Premonstratensis ecclesię, si sui ordinis prevaricator aut in corrigendo, quod absit, tepidus vel contumax extiterit, ab abbatibus videlicet sancti Martini Laudunensi et Sanctę Marię Floreffiensis et Sanctę Marię Cuissiacensis admonendum, et per eos ab episcopo suo judicandum esse statuimus. Bona etiam et possessiones, quas juste et legitime possidetis, presenti scripti nostri pagina confirmamus. Quecumque preterea in futurum, concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, canonicę poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus in sanctę religionis a) perman-suris et illibata conserventur : Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat b) temere perturbare aut earum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra serventur, regularium fratrum et pauperum usibus profutura, salva diocesanorum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino

a) Il y a ici un mot omis, sans doute *proposito*.

b) Il y a certainement ici une omission dans le texte. Ne faudrait-il pas suppléer les mots : *ecclesias vestras* ?

judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jhesu Xristi aliena fiat, adque in extremo examiné districtę ultioni subjaceat. Cunctis autem eisdem ecclesiis ista servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Xristi, quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant, et apud districtum judicem premia ęternę pacis inveniant. Amen. Ego Innocentius, catholicę ecclesię episcopus, subscripsi. Ego Willehelmus, Predestinus episcopus, ss. Ego Romanus, diaconus cardinalis Sancte Marie in Porticu, ss. Ego Matheus, Albanensis episcopus, ss. Ego Anshelmus, presbiter cardinalis, ss. Ego Lietifridus, presbiter cardinalis Prinestine, ss. Ego Wido, indignus presbiter, ss. Ego Johannes, presbiter cardinalis sanctę Romanę ecclesie, ss. Ego Addo, cardinalis diaconus sancti Georgii ad Velum aureum, subscripsi. Ego cardinalis diaconus sancti Adriani ss.

Data Pisis, per manum Amelrici sanctę Romanę ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, V non. maii, indictione XII, Incarnationis Dominicę anno millesimo CXXXV, pontificatus domini Innocentii pape anno V.

Ibidem, fol. 41^r-42^v avec titre : *Epistola Innocentii pape*.



DIE WAHL DES CHOTIESCHAUER PROPSTES SIARD PFEIFFER 1761.

Gemäss den Bestimmungen der Statuta ord. Praem. (1630) — dist. II, cp. 25 sollen an der Spitze der Frauenklöster Pröpste oder Prioren stehen, welche die Verwaltung der Güter und die Seelsorge der Schwestern zu besorgen haben. Da zur Revolutionszeit fast alle Frauenklöster vernichtet wurden, sind wir über das innere Leben der Frauenklöster sehr mangelhaft unterrichtet. Über die Wahl des Chotieschauer Propstes Siard Pfeiffer im Jahre 1761 haben wir einen sehr genauen Bericht in den Annalen des Frauenklosters Chotieschau im VI. Bd, Manuscript, jetzt in der Prager Universitätsbibliothek, geschrieben von Candidus Weiss Praem. v. Tepl 1775.

Nach dem Tode des Propstes Christoph Schmidl († 15. Mai 1761) wurde ein Direktorium, bestehend aus der Priorin und drei Administratoren, bestellt. In einer Eingabe an den Kaiser in Wien wurde um die Ernennung der kaiserlichen Wahlkommissäre angesucht. Als solche wurden ernannt : der Tepler Abt Hieronymus Ambros, der als Pater Abbas immer die Oberaufsicht über das Frauenkloster